



*Venerabili Fratri Nostro*

*MARCELLO S.R.E. Card. SEMERARO*

*Praefecto Dicasterii de Causis Sanctorum*

*argenteum ordinationis episcopalis iubilaeum celebranti, novum apostolicum opus diligenter exercitum fraternae Nostrae caritatis et memoris animi officiis gratulamur atque eximiam eius paternam evangelici nuntii in operibus, potissimum apud dioeceses ipsi commissas, Synodum Episcoporum, Constitutionis Apostolicae «Praedicate Evangelium» praeparationem necnon Dicasterium de Causis Sanctorum, testificandi sollicitudinem, probato sapientiae studio insignitam ad necessitates populi christifidelium intentam, quos pastoralis mansuetudine informat et inter nostrae aetatis varietates dirigit. Cui dum optima quaeque ominamur, Benedictionem ei eiusque propinquis libentes impertimur, preces pro Nostro ministerio Petri expostulantes.*

*Datum Romae, Laterani, die XXIX mensis Augusti, anno MMXXIII.*

*Franciscus*